



0cm
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
1













st
ce
na
4
01
m
lo
n



505 2021 tc 3355

Marius. *Trismadversiones in
Iuris civilis.* 1550. - *Forcatulo.
Villicus expalator.* 1563. 2000.
en vol. int. & velum.



VILLICVS EXPILATOR.

Resp. P. XVI-272

Libellus Illustrissimo To

LOS ANAE PROVIN-

CIAE VICEREGI

DICTVS.

S A T A N A S M U M I A T

МНОГАЯ СЛОТ

*Stephano Forcatulo Iurisconsulto
autore.*

*Stephano forcatulo
autore*

T O L O S A E

*Ex Officina Iacobi Colomerij,
Academie Tolosanae Typographi.*

1563.





A D
IOANNEM DAFFIM,
PRIMVM SENATVS
TOLOS. P R A E S I D E M.
X

*Lex animo incedit bella inter martia lato,
Celsaque ter sacras tendit ad Astra manus.
Obsecrat incolumen, Daffis, te numina seruent,
Quo, seu terrestri sydere, iura nitent.
Interpres Legum fueras, nunc arbiter æquus
Queque beant alios singula, multa tenes.
Effætam senio si grata Ciconia matrem
Nutrit, & hac celebri nos pietate monet:
Si te blanda parens Academia fouit Ephebum,
Redde vices, nunc est rursus alenda senex.*

EΛΠΙΣ ΑΡΕΥ ΕΛΠΙΔΩ.

Georgio Ab Armaniaco,
CARDINALI, ARCHIEPISCO-
PO TOLOSANO ET
VICEREGI.

Steph. Forcatulus in Academia Tolos. iuris
civilis Regens. Nono Calendas martias,
a Christo nato. 1563.



V P E R cum te
iūsus adiuīsem (o
Vice-rex) mirifice
recreatus sum, quia
cognoui res Acadē
miae nostrae tibi ve
hemeter cordi esse.
Vbi enim sermonē
de illa fecisti, & os
tuum aperuisti, tanquam in templo quodam, nu
minis multum, & ingens virtutum agmen oculis
meis se se obtulit. Præsertim vero candorem animi
tui & moderationē valde sum admiratus: qui, licet

A ij mille



nille cotidie publica pascat negotia, tamen Academie huius non est oblitus. Quam tu velut ingenij acuendi ceterum adolescentis olim habuisti: dum te nobilem acceperis, verius quam postea fecerit. & hoc quidem inter praeclaras laudes sibi ponit, quod te assiduo legum auditore, facundo interprete, praefecto denique ac principe plausibiliter frui contigerit. Hoc ipsum ego auditoribus nostris dulcissimis (quos ego Ludicrum seminarium, & ver iuris prudentiae appellare soleo) & recitaui palam, & abunde persuasi. Benè ominus tantur omnes de Republicæ statu, quod Regis partibus in hac florentissima Provincia fungaris, vir profecto in appetendis honoribus modestus, in adipiscendis felix, in gerendis equissimus, qui nec severitatis, nec clementiae affectas gloriam, et meritis non pauciores hostes quam armis superas. nec bonus innocentisque viros potentiorum artibus opprimi sinis, nec tibi ad Cælum semitam sternis facilis sanguine, e diverso nocentibus impunitatis spem nullam relinquis, aut materiam. Quæ res perfecit ut de iniuria quam mihi Colonus meus ultimo Decembri, questio militaris annonæ colore, intulit, libellum tibi porrigerem à tua clarissima functione minimè abhorrentem, nisi me Ulpianus, vir quandoque praetorio praefectus

praefectus, domi & militie consultissimus deceperit.
Illicita ministeria, inquit ille, sub praetextu adiuuan-
tiū militares viros, ad concutiendos homines proce-
denta prohibere, & deprehensa coercere Praeses pro-
uinciae curet. ^a Te autem Praesidem esse prouincia
seu Proconsulem semper existimauit: quippe cū Prae-
ses & Proconsul maius imperium habuerint om-
nibus post Principem in prouincia, eodem Vlpiano
teste. ^b & triuis omnia prouincialia desideria
audire, definire, propter vim imperij licuerit, cōcessa
omnium causarum notione, quæ Romæ varios ha-
bebant Magistratus. ^c Itaque prouinciarum con-
ditione magis quam iurisdictionis amplitudine, Prae-
ses à Procoſule secernebat. Quia cum suprema po-
testas in Consules Romanos exactis Regibus trans-
lata esset, qui Consulari iure in prouinciam admini-
strandam mittebantur, ij dicebantur Proconsules.

At postquam Imperatores rerum potiti sunt, an-
gustata est Praesidis appellatio, alioquin diffusior. ^d
& ut eum dumtaxat significaret qui Cæsaris vice in
prouincia aliqua fungeretur, sed tamen honoris gra-
tia, ipsi Cæsares aliquot prouincias populo Senatu-
que Rom. regendas dimiserunt, in quas etiamnum
mitteretur Proconsules, & sortito eligeretur. ^e Stra-

a.l. illicitas
§. illicita.
ff. de offic.
Praesi.

b. l. 4. ff.
eod. & l.
& ideo ff.
de offic.
Procons.
c. l. 7. §. fi.
de off. pro
cons. & l.
omnia.de
offi præs.

d. l.j. ff. de
offic.
præsid.

e.l. eman-
cipari . ff.
de adop.

A ij bo quo

bo quoque autor est lib. 17. geographie, diuō c^oAugusto primū placuisse, ut pacatae & obsequētes prouinciae, quæ sine armis facile retinerentur, Proconsulē à populo acciperent: sibi autem ipse ascisceret eas quæ iugum agrè paterentur, & militari custodia egerent.

Suetonius refert D. Claudium prouincias Achaiā & Macedoniam, quas Tyberius ad curam suam transtulerat Senatui reddidisse. planè omnes hi prouinciarum moderatores ad tempus tantum præficebantur, reuocandi proutu Principis. solebant verò tantisper totius prouinciae metropolim incolere, ut Ephesum urbem in Asia. sicuti & nunc faciunt Vice-reges, qui Narbonam aut Tolosam applicant, de quibus Ammianus Marcellinus lib. 15.

In Narbonensi, inquit, prouincia clusa est Narbona, & Tolosa, quæ principatum urbium tenent. Merito igitur tu à Rege Præses Tolosæ præstitutus es, in qua ingentesturbæ & exitiales contentiones receter excitare fuerunt, quarum fluctus ad tuam singularem prudentiam, velut ad firmum quandam scopulum feliciter, ut spero, illidentur. Ita ut per otium non dedigneris causam meam Iudicibus commendare, quam tamen Ulpianus ad tuam sollicitudinem reuocauerat. Namque ego, ut vulgus, a-

lium

lum iudicem antea iam adiueram, qui prasidis
prouinciae nomen plaudente nimium more surpa-
uit, ~~et~~ Senescallus dicitur, quasi ~~se uoyagia~~, idest ~~ve~~^{vnde dicitur} ~~conspicere~~
~~nerandus gallus~~, ut in meis attigi dialogis.^h nam
gallis lingua Graeca quondam perplacuit, adeò ut
in omnibus rebus priuatissimis que rationibus literis græcis
uterentur, ut tradit Iulius Cæsar in commentarijs.
lib. 6. usitatum certè eis ut se uoy pro venerabili,
graui et honesto diceret, eo magis persuadeorq; Laer-
tius. lib. 1. de initijs philosophiae loquens scripsit Drui-
des, idest Gallorū Sacerdotes & Uates, oraculæ
dici solitos, tanquam venerabiles ob Deorum Reli-
gionem. Duo enim sunt potissimum quæ oculos &^{11a}
animum populi ad se rapiunt, & conuertunt, Reli-
gio & iustitia, quæ nos Deo arctissime deuincium
~~et~~ coniungunt. Vnde tot bella (tanquam pro re maxi-
mi momenti) religionis violatae gratia ubique in
Gallia emerserūt: varie necesse clades belli cala-
mitatem secutæ sunt, nec nō fraudes ac perfidiae plus
quam punice, quemadmodum ex coloni mei callidi-
tate licet deprehendere: qui cum me scelerate expi-
laffet, crimen suum calumniosè transtulit in milites.
Nihil enim est tam malignum quam calumnia, in- ~~ca~~ ^{ca} commissa
quit Gleantes, quæ cum decepit, odium aduersus

A iiiij eum

eum excitat qui nihil mali admiserit. Quod si ob
concussionem castigandi sunt calones, lixæ, reliqui
militum adiutores, ut qui à iurisconsultis optiones
vocatur^P, id est, præcipui exercitus ministri, ægrorum
p. l. fi. ff. quandóque militum vicem subituri, si res exigat,
de iur. im mu.

Quanto magis colonus in dominū fraudem vul-
pecula, vim leonis exercens, sub prætextu pascendi
equitatus? Præsertim cum bono & graui prouincia
Præsidi congruat curare, ut pacata sit & quieta
q. l. con- prouincia, & furibus alijsque malis hominibus ex-
gruit. ff. purgata. Hūc colonū ego, malis autibus, ville meæ
de offic. placentinæ præficeram, mille precibus exoratus, e-
præsid. iecto decessore, viro multe paupertatis, probitatis,
& diligentie. Tūc expertus sum verax illud Ato-
destini oraculum: neque, inquit, facultates, neque di-
gnitas ita sufficiunt ad fidem, ut bona voluntas,

i. l. scire. & benigni mores. Est enim pauperes bonis vi-
s. fi. ff. de tutorib. ris parua quædam temperantia & compendiosa le-
Laudes & impetratio gum obseruatio. Opes autem improbis concebæ, sicut
mali medici, cæcos prorsus efficiunt. Nam & colo-
nus bipedū deterrimus huic pauperi suffictus, nonul-
lis diuitijs intumuit, quas eius pater ex auitis uxoris
fundis pridem sibi quæsierat: eo facilius
factum est, ut in meam villam irrepserit. In qua

spei

spei multum collocaram, tum quia nec inops esset,
vel incognitus, tum quia M. Cato prædixerat, in
omnium, agricultorū minimè alè cogitātes. Et in agricultorū
de piū quæstū & stabilissimū cōsequi. felices nimirū
bona si sua norint. ut Poeta dixit lib. 1. Georgicor.
Quibus ipsa, procul discordibus armis,
Fundit humi victum facilem iustissima Tellus.
Quod enim iustitiae maius argumentum esse potest,
quam agricultoris dignum bonitate & diligentia fru-
ctum reprendere? Eleganter profecto Socrates A-
malthea cornu floribus & frugibus copiose refertum
similitudine rei rusticæ expressit. Amaltheam qui-
dem significare dicebat colonum, qui minime vālēbat,
id est, dissolutus sit, sed operarius & diligens. Cornu
autem bouem animal laboriosum designabat: flo-
res vero, fruges, ac uas, nihil aliud sibi velle, quā
ex agricultura omnia affatum præberi, quorū in vita ~~attaining~~
egeremus. Atqui meum colonum nullus bonus ge-
nus in hanc perduxit sententiam, qui callidus &
deses, suarum rerum profusus, mearum audīssimus
semper extitit. Sapius illum circa forum & iudicium
subsellia, quam circa aruum & vineam inuenire
licet, rapit ut largiatur, eximius concinnator litium
forensium, atque etiā domesticarum. Putabat for-

Vm^ece.

sitān homō piger se in terram fecundam migrasse,
in qua, ut Homerus lib. Odisseæ 9. narrat, degunt
Cyclopes, omnino legū expertes. ubi segetes sine villa
aratione & semente proueniunt, et imputatae vi-
ne & racemis multis vincuntur. qua opinione du-
ctus me planè fefellit, et vna falsus est. Cū enim
Villam meam fruendam ei dedissem anno superio-
re, in proximum triennium, non mera locatione sed
iure partiario, addita lex est contractui, ut vineā
überiorem ædificio finitimatam tempestiuè putaret,
foderet, propagaret, pastinaret, dimidium fructuum
& que percepturus. Sed ipse wafer, ut paucorū num-
morum impensa parceret, propagines in martium
usque mensē distulit: dilatas famulo vinitori
iussit clam falce præcidere. quod dignus domino fa-
mulus impleuit. nam supra mille palmites & mer-
gos à putatoribus seruatos, ut deprimarentur &
trudicerentur, amputauit.

Non potui non indignari, postquam resciui me pro
cultore frugi insignem populatore fundo preposuisse.
Subiit illico mentem meam Archytæ Tarentini re-
cordatio, qui militia rediens, ubi agrum suum incul-
tum & squalentem cōperisset, accito villico: nisi, in-
quit, iratus eßem male te afficerem. Ego itaque ro-
dens

dens iram meam, dic, inquam, o villice, quæ te peccandi tanta libido incessit, ut mibi nocere quam tibi prodesse malueris? utilitatem enim propagata vineæ communem septembri proximo mecum sensisses. Quis te transuersum egit, ut tuum cōminuères bonum, dum meo inuides? hinc opus per quam raro in agro facis, nec senescentem eum colis, nec fermentem letamine cullo facias, pacta inita irrita facis unde pessum iam iuere res meæ. Nec quidem nemori ignoscis, aut sylva cœduæ. Tum colonus facinus inficiari institit perfricta fronte, mox insurgere, ac minari sibi centum aureos nō deesse, quibus se apud quodlibet tribunal defenderet. demum me blan-
ditu demulcit cōsciētia criminis, atque aureos probos quinque obtulit, ne cœfaram vitium se reum face-rem, sed tam modica pecunia deciderem. Nam ut qui febriunt, maiore frigore atque astu vexantur, quam qui extrinsecus calent rigent ue, sic qui conscijs sibi sunt facti nequissimi, mulcet & occultis supplicijs intus semetipso excruciat, & surdo verbere subinde feriuntur, acerbiore profecto quam si appertè puniti fuerint. Ergo homo impudentissimus tandem modestè, præ pudore, facinus detexit ac confessus est: quia qui pacificatur delictum, abundè intelligitur confiteri.

B ij Nee

.k l. quo-
niā ff. de
ijsqui no.

.l l. furti,
h. pæctus.
ff. eod.

m l. trasi-
gere C. de
transact.

k nec notam euitat infamia, si pretio quantocunque
pæctus sit,¹ præterquam quod pæctiones huiusmodi
respuuit lex, nec ratas esse sinit: ^m cum non sit capitale
crimen, nec pænam ingerens sanguinis, si modo solū
foret: proinde ego quatuor testes oportunè obuios ro-
gauit, tñi oblatam mihi à colono pecuniam audiret,
clam pæfatus eis me id agere, ut probationis egens,
aduersarij confessionem elicerem. Quis enim non

omnia suaruri villicus credit sine arbitris? Et poterā
reuocatae penitus in animum iniuriae sola obliuione
mederi, si posteà peruicax ille resipueret, qui etiam
fructum temeritatis sue magis quam vineæ postea
collegit, hoc est, tñi minimū iratis impio cultori vi-
tibus: cum tamen vbiq[ue] in territorio placentino la-
cūs & dolia multo capiendo vix sufficerent. Hinc
colonus iracundè cum vinea luctari perrexit, proin-
de offendam cumulans in vineam, licet undique
vallo circundatam, quatuor aratorios boues con-
tinuis noctibus immitti præcepit, pabuli, ut dicebat,
gratia: ex quo immunera vites nequiterupta, &
obtrita sunt. Quocirca repetitum vineæ vulnus sto-
machū fecit coniugi meæ, læsa frequentissimè patiē-
tia, indignanti in colonum pertinacem. Tunc ille cō-
uicium maledictis atrocissimis mulieri fecit, & nece-

conto

conto minatus est, fretus aliquot sibi similiam, & mercenariae iuuentæ præsentia. & adeò contumeliose insurrexit, ut dubitauerim ego non semel, an ex sceleri in furorem prolapsus esset: sicuti ferunt Lycurgū Dryantis filium Thraciæ Regem, Liberi patris odio vites omnes secuisse: deinde mente captū sibimes pedem excidisse, dum falce insidiatur vitibus: adit Hyginus eūdem à numine pantheris obiectum.

Sed D^e pietatis ~~et~~ venie fons perennis, qui ex sa- n^a
cra virgine Maria homo nasci dignatus est, ut nos aliquando deos efficeret, & supra cælum nos eu-
cheret, qui in terrā misericors descendērat & indicta
impiorum ad tēpus differt, vel ut ad melioris vita
frugē se recipient, vel ut tarditatē supplicij gravitate
compenseret. Quoniam igitur obstinatae mentis vili-
cum, ~~et~~ omni cohortatione superiorem nactus eram,
ad leges malorum vtrices confugi: quæ ciuitates cō-
ponunt & stabiliunt. ⁿ & certè in agris mirum in
modum florent ac vigent, non tam ad regēdos fi-
nes, aut aquæductus seruandos necessariæ, quam ad
coercitionē criminum. Nam sicut Natura prius a-
gros quam vrbes constituit (nihil mirū, inquit M.
Varro lib. 2. de re rustica, quod diuina Natura de-
dit agros, ars humana edificauit vrbes) ita ~~et~~ im-

n 1.2. ff. de
legib.

pietas & peccati labes pri^o in uasit agrestia: ut Cain
fraterno parricidio comprobat. qui longè post ciuita-
tem omnium primam in Oriente nomine Henoc pro-
fugus exerexit. nāj solitudines agrorū extra homi-
num confortium, peccaturis aptiores apparent. Ne-
que quisquam est ita effrons, quin latere sua facinora
percupiat, sed nō occultabitur vir in absconditis, vi-
debit enim Deus qui cælum & terram implet, ut
ait Ieremias 23. cap. Hesiodus similiter scripsit περι
ἔγγων καὶ οὐρανοῦ, deos inter homines versari, ac vide-
re, & custodes esse, & obseruare eorum iudicia &
praua opera, aere indutos. Sperans ergo futurum ut
in lucem prodiret coloni proteruitas toties in frau-
dem meam usurpata, arborū furtim cæsarum iu-
dicium institui, postquam vitem arboris appellatio-
ne lex complexa est. Prosistere se iuſsus, ac status, & au-
ditus, cuncta quæ perperam fecerat, intrepidè perne-
gauit. quo circa causa cognita decreuerunt indices, ut
testes aduersa facie producerentur: atque interim li-
berè quo vellet, ire, degere licere, sed delicatus homo
tam benignè acceptus, protelandi scilicet negotij cau-
sa, Senatum appellauit, versans animo nouum do-
lum, quò me acrius offenderet, tanquam oleo restin-
eturus incendium. Nocendi occasionem sibi commo-

diſsimā

o Genef.
4. cap.

N

p 1. viti^eff.
arb. furt.
cæs.

diffimam finxit ex aduentu militum, qui proximo
decembri in agro placentino diuenterant, & quibus
indulgentiores omnes sumus, propter grauia pericula
que fortiter obcunt pro aris & focis, pro Republica,
pro cuitione cunctorum ciuium. unde & milites à
malis arcendis appellantur: nostram enim vitam
sua morte redimunt, maximè postquam colubra æ-
rea inducta fuit, ignitos globos magno cum fragore
vomēs, omnia pertūdes igne misili, nullā molē, nihil
aggeris relinquēs in uiuī, quā si vidisset Archidamus
Agesilai Regis filius, perinde exclamasset, atque cū
ei recens genus teli ex Sicilia allatum esset. O Her-
cules inquit, viri virtus intcriuit, sed tantis periculis
honesta pax omni victoria pretiosior, acquireda ve-
nit, qua nihil dulcius, nihil amabilius. Bellum enim
geritur ut tandem pax quaratur: ^m Hinc milites
pro pace excubare iurisconsultus dixit, ideoque di-
uus Iohannes consultus à militibus, quibus gradibus
cœlum ipsi quoque scanderent, neque principem de-
serere, neque à signis recedere, aut prælio abstinere
eos iussit: sed ne quenquam calumniarentur, aut con-
cuterent, stipendijs contenti suis nouerat proculdubio
Christi præcursor ac sacerdotes, nimium propensa
ad bellandum hominum voluntatem, vel regnā-

nde
vnde
de
q. l. i. de
mil. test.

r can. nol. ^{tt}
23. q. 1.
f l. famosi
ff. ad leg.
iul. mai. ^{tt}

tt. Verba sum
cum inq. istis.
noy omij
punc quodnt
ut Cœn.
cœnouit;
pe Cœn
q. entit
pe cœnante

di cupidine, vel opinionum varietate, quæ bellum
durissimum in Gallia concitauit. quasi non nisi pro-
prias viribus hanc ruituram, quod Deus auertat, in-
fatis sic qua de re extat nostrum epigramma.
Aurea degenerant in nigrum secula ferrum,
Religio Martis pingitur arbitrio.
Depositum semen vix reddit perfida tellus.
Sydera portendunt, heu fugitiua, luem.
Legum rarus honos, plangitque Academia pectus,
Tristia nec sicco lumine bella videt.
Rex animo potior quam tempore, pessima damnat.
Tempora, cum Gallos Gallia sola premat.
Cum multi, ut Phineus, caci sub nocte pereppni,
Declini ex quirunt iusque, Deumque via.
Arma fremunt, fruge arua negat, diru astra minatur.
Lex flet, Rex queritur, pellat acerba Deus.

Non vacavit pluribus deplorare publicas
calamitates, domesticas intuenti. potissimum ad li-
tem iudicariam sepius redeunti: quæ iam meas o-
pes, milite quovis nocentior, detriuerat. quamuis cau-
sidici omnium quos Sol vidit, disertissimi, pragmati-
ci, Scribe, & reliqui fori affectæ, meis nummis satis
humane pepercissent, solis iudicis obrummar: dubito,
an solius inclemencia fortuna, quæ altis in rebus diu-

ac multum nobis se admodum molestam & crude-
lem præbuit. Siquidem experimur longè ac latè ipsius
protendi imperium. adeò, ut in eius ditionem iu-
dicia iampridem venerint, quæ fortuitos inter ca-
sus non immerito numerantur.^P Proinde fortunæ
insidijs acceptum refero, quod socii mei non ultimi
in Senatu Tolos. præsidis dignitatem perdidit: quam
ille mihi cum filiam deponderet, promiserat: cum æ-
grotaret, destinauerat: moribundus vero præceptam
vehementer dolebat, aut eorum, quos mihi fauisse
decuerat, artibus, aut certè fortuna. Deinceps in fo-
rū irrupit callida, & socrus meæ defunctæ patrimo-
nium coniugi vi & clam extorsit, ut ei potius tri-
bueret, qui falso instrumento tam aperte niteretur,
ut non posset non confiteri: nihilominus tamen præ-
miū, ex fallacia acciperet, inuitus forte, digna suppli-
cios: cum dissidentia ab eadem parte instrumenta
proferrentur, "quarum archetypus minus multò, &
diuersum quam exempla fuci plena contineret, si
modo rescripta Imperatorum sequimur: ^x ceterum
forsitan sum ego subrusticus, qui non iudicum sed prin-
cipum placitis constanter adhaereo: nec considero rem
illo iudice referente iudicatam, quem corpus iustitiae
charissimum tertio iam euomuit. primo quidem pro-

p. l. quod
debetur.
ff. de pcc.

v. l. pe. C.
de proba.
x l. scrip-
turæ C de
fid. instr.

pter fœdam iuris nostri ignorationē, bis rursus pro-
pter variæ figuræ probra. verendum, ne si toties
resorps erit, peccatus doleat Republicæ, quemadmodū
mihi perdolet, non tam quod grauiter & iniquè me-
la serit quam quod postea id ageret, ut bonus vir es-
se videretur: sicut illinens ex vulgari Alexandri
Imp. rescripto iuris prudentiæ tyronibus cognito
& decatato, quod mihi explicabat, quasi Delphinū
natare doceret. ex quo hæres scriptus in possessionem
mitti solet, inspecto testamento, quamvis falsum esse
dicatur, modo extrinsecus non laboret vitio, in su-
perficie videlicet scripturæ. ["] Nonne quæso, hoc vi-
tium, hæc tabes, intus & extra perspicue serpit, quā-
do prolatæ eiusdem partis scripturæ mutuo inter se
dissentient, & distrahit? instar illius feræ inauditæ
quam Matreas Alexandrinus aluiisse fertur, quæ
semetipsam comedebat, quasi non nisi sua morte vi-
ueret. Accedit, quod lex iusta hæredi consuluit, ve-
sedulo, vel clausis adhuc tabulis adiret, ut sic a-
ditæ hæreditatis emolumentum fisco præriperet,
mox voluntatem supremam & regiam testatoris
impleturus, ne ue creditoribus longior mora fieret.
at qui iste Iudex ipsam legem contra scriptum à so-
cru mea hæredē recorsit. & testamento nullibi vitio-
so,

in l. 2 C. de
edict. diu
Adria.

in l. i. ff. de
success. e-
dict.

so, dotalis instrumenti nudum exemplum prætulit,
tam mendax ac vanum, ut genuino, & authenti-
co, propria quoque sponsi manu axarato, in præcipuis
aperte repugnaret, eodem utrobius tabellione, cū
eiusdem adiectione diei subscripto, quod veri aut or,
& dolii ultor Deus hactenus seruauit incolume,
quoniā Iustinianus, ad repellēdum cum qui possi-
dere interim bona controuersa desiderat, potiore con-
tradictem legitimis titulis fultum exaudit. ^P nec q. l. fin. C.
iustior aut potior inueniri queat, quā qui hostilib^o ar- de edict.
mis dimicat, qui que cautioni dotalis suspectissimæ te- diu.hadr.
stamentum syncerum obijcit. aliam ut cautionem
dotis secundo viro constitutæ irreprehensibilem, &
qua duello facile euadat superior aduersante, non
prius in lucem prodita nec vulgata, quam testatrix
qua nupserat decesserit: nimirum ne à viuente ma-
chinatio detegeretur, ut à me planius demonstratū
apud acta extiit, quibus referendis pfectus, iudex
nescio quid hominis pro duce insequebatur, qui mihi
non factus, sed natus inimicus, nihil adhibuerat sibi
in consilium, quā studium vindictæ priuatae, &
publicæ neglectum, quibus malis grauida mēs, quid
aliud potuit quā monstri similem parere senten-
tiam: si enim bonos & peritos imitandos sibi propo-

Cij suisset

suisser, nec meum nec Republicæ commodum com-
minutum fôret. nec Constantini violata constitutio
h quæ in falsi crimine acerrimam indaginem à iu-
h l. vbi. dice fieri iubet scripturarum collatione, & aliis ve-
C. de fal ritatis vestigij. ita ne accusatori tota incumbat pro-
sis. bationis necessitas, cum falsum molientes veritatem
quauis astutia emulentur, & simulent. Non sum
autem nescius commentitijs rebus argute confictis
suā venustatē inesse, & gratiam. & memoro quod
Gallienus Imperator (cuius rescripta passim in iure
legimus) exercuit in eum qui Augustæ coniugi adul-
terinas & vitreas gemmas pro veris vendide-
rat. nam, ut est apud Trebellium Pollionem, insi-
gnis stellionatus reum capo tanquam leoni obij-
ciendum facete mandauit: ut imposturā pateretur,
is qui fecisset. sed cum impudentissime & palam
falso instrumento quisquam vitetur & obtinet, iu-
dicis honorem valde præstringit & onerat, quam-
uis ipse reus falsi artifex non fuerit, sed successor, &
g l. 3. Cod. approbator: & ut is qui socrus mee ingentia bona tā
si reus vel callido hamo expiscatus est. nedum horto pretioso
accusat. & amoenissimo fruitur, à socero meo præside dignis-
mort. fimo, impensè, quo ad vixit, instituto. qualem Faou-
nij aura vix permulsic Regi Alcinoo. siue quatuor
iugerū

iusgerum septum ab Homero laudatum metiare, si
ue prouentum, siue mellitas delicias. Nescio an illud
Pindari aliquando eueniet, qui in Isthmiis ait, si
quid prater honestum dulce sit, amaro prorsus fine
terminari. Nam lucrum malum ita dispendio a-
quale est, ut doleam ego, quod imperioso meū re-
cipendi desiderio indicum limina cerere iamdiu
impellar. cum terecunda sit cogitatio eius, qui litē
execratur. p maxime aduersus eum institutā, quem
pro legis severitate (quam, velut ex specula, mini-
tatem prospicio) affici nolim. ita Deus meas res be-
nè fortunet. si modo ius meum aliquatenus illibatū
mihi conseruetur. faxit Deus, uti breui promulge-
tur sancta constitutio, quam ut (inaudio) augustū
Regis consilium iam decem menses parturit. quæ su-
bortas controuersias inter cognatos affines ue, non
strepitu iudicij, sed proximorū arbitratu summatim
dirimendas sanciat. Enim uero tales simultates ul-
trò, nisi fallor, omnes componerent. cum bene pertae-
sum esset in somnis litium cura, et anfractus impli-
citi: Ceterum vetat radix omnium malo-
rum, non iam auaritia, sed auri fames. Plane cū
de iudicibus duriuscule aliquid sentio, tādiu laceſi-
tus, malos dūtaxat ſpecto. qui non ius reddunt pris-

p l. item.
§. fi. ff. de
alien. iu-
dic.

co more, quod ipse profiteor, & docui, sed nouum potius, ut collibuit. sicuti cum Alphenus notat philosophos dixisse, nos ex quibusdam particulis consistere, c l. propo
nebatur.
ff. de iud. quæ cotidie decederet, atque accederent, id est, ex atomis, seu insectilibus corpusculis. nemo tamen celebrius philosophorum huic subscripsit sententiae, præter Epicureos iuxta Democritum. Complures enim iurisdi-
ctioni præsunt, boni, candidi, inflexibles, eruditi, hu-
ius etiam Academæ alumni, qui iura atque in-
genuas artes reueretur, & colunt iustitiam: nec legibus
fasces ac purpurā summittere erubescunt. qualis no-
stra memoria floruit Io. Mansencallus primus clarissimi Senatus præses, cuius pios manes sic mæsti allo-
quimur.

Si spectes annos, res gestas, tristia secla,

Mansencalle, tibi mors fuit apta seni.

Præmatura fuit, si spectes vota bonorum,

Hinc immortalem nam cupiere virum.

Iura doces, orasque foro, regis inde Senatum.

Tam bene qui vixit, vixit & ille diu.

Talis, pulchra felicitatis serie, post illum princeps
tanti ordinis est nuper factus, Io. Daffis Tolosas, qui
dubium relinquit, an plus ornamenti selectæ dignita-
ti contulerit, quam acceperit. huius doctissimis præ-
lectionibus

lectionibus ego adolescens audiſſimè operam dedi: cum, post patrem suum virum perquam eruditum nostro legum professoris munere fungeretur, quod huic illustri familia est gentilitium. Ex utroque nō semel audiui, officio iudicis incumbere, ne aliter iudicet, quam legibus, constitutionibus, ac moribus proditum est, ⁿ alioquin litem suam facere, si per imprudentiam secus statuerit. ^t quasi ex maleficio obligari. ^k Quanto igitur magis ille puniendus veniet, qui per fides aut nequitiam consultò malè iudicauerit, & delinquenti pœnam leuiculam inflixerit impunitati prope simile? hinc seges magna scelerū. Hoc ego nō ita pridem expertus sum in eo apud quem mense Iulio 1557. bona fide bis mille deposueram ingruente pestilentia, ut sextum post mensem villam emturiensi redderentur. exactis octo iā mēsib^o, ille, cui tanquam amico credideram, mihi tanquam inimicus abnegauit, crescente perfidia ob depositum immittenē necessitate factum, & post villā commodè emptam, ob pretij numerationem, repetitum urgente venditore, atque adeo in duplum coercenda: ^l vocavi in ius depositarium ex instrumento publico, qui tandem intra triduum restituere condemnatus, ^m dicatum facere recusauit. Ius sit autem famulo insti-

n §. j. de
offic. iud.
k l. fi. de
vari. & ex
ti aord.
cognit.

l l. i § me-
rito. ff. de
pol.

C iij tor

tori, ut in necem meam quippiam ficeret. Perfecit
iste toto conatu, & me stricto gladio, die festo, in ur-
be, in via Regia, in odiū supremæ sententiae, iugulare
tentauit. prohibitus tamē à popularibus optimisque
viris, qui in meam tuitionē confluerunt, & vitam
meam iam iam fugientem cupidè retinuerunt, tan-
quam repentina quædam manus numinum me de-
præcipiti malo eripientium. quia me valde pude-
bat in frequenti loco, & populi totius conspectu, ab
inermibus pedibus salutem petere: ut qui didicissem
exerceri periculis magis quam terrori: quinquenniū
hæc causa in foro agitata est, magno cōflictu, maio-
re meo sumptu ducentorum, circiter aureorum. Po-
stremò sicarius, absoluto domino mandatore, pœna
librarum quindecim multatus est, & ita dimissus à
magno crimine: quod ego peius disimulatum quam
commisum semper existimavi. ut iudici mox ape-
rui, sic benignè ratiocinans: aut, inquam, innocens fuit
reus non, debuit igitur villo modo multari, ac proin-
de nota aspergi infamia: si verò scelestus iste me, ut
domino suo gratificaretur, necare decreuerat, ho-
micideum admisit, persona, loco, & tempore spectan-
dum. nec debuit quindecim dumtaxat minutis libel-
lis hoc ipsum luere. tum index non est veritus dice-
re

re, mihi abunde consultum, quia in sua manu situm
fuisset, aduersarium meum prorsus absoluere: & lo-
tis Curiæ manibus spem aut vires incassum conari:
adiecit insuper, reum absolutum non esse, quia eßem
ego legum professor, & ideo me quindecim fructū
percipere recordabar similem Polyphe mi gratiam,
qui apud Poetam Græcum lib. odyssæ 9. promisit
Ulyssi, à quo suauissimum vīnu acceperat, fore, ut
sociorum ultimus deuoraretur, & hoc tam hospita-
li dono sibi videbatur munificus. Sed ringebar, quia
pecunias horasque bonas male collocaſsem, quaſa-
tius mūſis impendiffem. nec ansa maior delinquendi
præbita effet innumeris testibus, qui delinquentem
aspercerant, & impunitum intelligent, aut certè pæ-
na exigua immunem, à iure quo vtimur, aliena. a-
bolita enim fuit à Prætore lex duodecim tabula-
rum, quæ tanquam in magna temporum pauper-
tate, pro iniurijs in corpus liberum illatis pænas nū-
marias constituerat: & eo væcordia pellexerat
Lucium Neratium iuuensem Rom. ut quia lex di-
ceret: Si iniuriam alteri faxit, vigintiquinque ari
pæna sunt. pro obiectamento haberet, os hominis
liberi palma verberare: deinde verbera paſſis il-
lico vigintiquinque asses numerari iuberet à seruo

g. pœna
de iniur.

D crume

crumenam plurima pecunia refertam circumferēt.
ut A. Gellius tradidit: nam pœna, ut medicina,
pro morborum grauitate & clementior adhiberi de-
bet. ita ut in atrocioribus causis mandatum domini
seruos non excuset: ^m ideoque ego & quindecim ~~C~~
^{m l. ad ea.}
^{ff. de reg.}
^{iur.} litis impendia mihi pensanda pro derelicto ferè ha-
bui pro tempore: sperans aliquando eiusmodi iudicium
subincidentem ex integro renocatum iri. spem quidē
vigilantium somnum Plato scitè appellabat, sed
tamen ea non destituar. eo magis si huius anni tem-
pestas sedata fuerit, ut maiestas regia facilius adi-
ri queat, singula teritus ~~C~~ copiosus demonstrabo.
~~C~~ repetita quingentorum annorum origine, pate-
faciam non difficulter, spirante legum & canonum
contemptu per iudicium incuriam (ne quid dicam
asperius) procellas quibus nauis celtica agitatur,
excitatas fuisse, ipsis in puppi sedentibus ~~C~~ tenenti-
bus clavum. sed nunc non potui festinata simul, ~~C~~
examinata proferre. nec calumniatores interea per-
timescam, qui sum innocens. quia Statius Cecilius
innocentiam esse dixit eloquentiam. illam igitur, si
Deus fuerit propitius, pro diserto patrocinio, cuius
sum obiecturus præsertim iudicii, cuius in me odium
& validius exarsit, postquam affinem sibi intimū
perduellionis

perduellionis reum, gratis doctorē fieri non tulerim.
Ille nisi postmodum desinat de negotiis meis iudica-
re, ecquidnam faciam? licebit ne transferre ad recu-
sationem iudicis suspectissimi, quod de appellatione
Martianus retulit? ^d cum quidam, inquit, propter
violentiam iudicis, non ipsi à quo appellauit, dedi-
set libellos, sed publicè proposuisset, Diuus Seuerus
veniam ei dedit, & permisit ei causam appellatio-
nis agere. parum abfuit quominus ego id periclitarer
anno superiore, aduersus alium quem asserebam ne-
cis causam præstítisse grauiſſimo theologo, qui tum
ſuffragatus mihi eſſet, cum de eligendo legum inter-
prete ageretur: nullis enim rationibus, quas cumu-
latiſſimè libello manu mea scripto inserueram, toto
triennio adigi potuerat ut abstineret, donec fortuna
voltrix insolentiae id ei imperauit: flagrabat enim
inimicitia in me, quod se inuito hoc muneri adeptus
eſsem, opitulante conatibus nostris Deo: Senatue
auditoribus candide & præfracte affentientibus.
Deum ille & reliqui nostri aduersarij benignorem
aliquando inueniant, quam mibi meisque penati-
bus iam decennio continuò extiterunt. Sane bona
pars iudicū meis rebus insultantium, reflante for-
tuna, in suos quoque angores incidit, perinde ac si

d 1. 7. ff.
appellat.

D ij manu

manu sacrilega aurum conrectasset tolosanum. &
nolim contra hostium calamitates contendere, sed
contra vires. Nec sum coloni mei similis, qui aduer-
sa fortunæ telis obiectos adhuc premam. maximè
in tanta rerum vicissitudine & turbulento reipu-
blicæ statu, quæ ut valde cupio, pristinam serenita-
tem, o Vicerex, te auspice breui recipiet. cessabuntque
coloni fraudatores militari licetia sua imputare fla-
gitia. sicuti iste perditus nuperrimè fecit. Namque
cum turma equitum in paucos dies alenda ad com-
plures villas agri placentini accessisset, mea tamen
ab hospitis recipiendi onere excepta est. sed ea lege, ut
i villa villicus meus quippiam in alimoniam militum
villæ propinquæ, in quam perpauci diuerterant, cō-
ferret, mox viritim ab omnibus pagi incolis refun-
dendum. Vnde iste mihi familiaris hostis inuidere
& mordere clanculum cœpit, ac prædicare coram
ipsis militibus, immunem me perperam factum, cū,
ut fingebat, plurimū auenæ penoris & libroru[m] ad
sacra pertinentium, in villa recōditum haberem, ta-
cito tamen meo nomine ac munere, quod sciebat an-
tea pro tutissimo præsidio extitisse, cum aliorū villa
ab obuio quoque diriperentur. nam mea resticit inde-
nis, vel quod iurisprudentiam colerem, vel quod
musas

musas quando & Alexāder ille magnus cū Thebas expugnasset, & dibus & familie Pindari & atque parci iu&bit. Certe etiam Maio mense nouissimo, in ciuili dissentione, & pugna intestina, in qua magnis & trnque viribus dimicatum est, paribus animis, dispari iure, ac fortuna, nemo & diculas meas violare tentauit, nemo quicquam inde abstulit. quanuis in confinio partium sit& fuerint exiguae, ac vix capaces. in has enim iudiciorum acerbitas me legū professorem coniecit, dum leges nō seruantur. absumptis adhac opibus, quas ex liberali & nobili magis quā quæstuosa arte mea partas, frugalitate & parsimonia seruaueram. fingo tamen mihi, ut commodius possum, non nihil solatij, Platonis memor, qui Athenis in suburbano Academiam posuerat, loco insalubri ac fere palustri: & ibi inter syfuas melos edit dulcissimum, quale argut& cicadæ in arbustis solent, ut Timon dicebat. quare ego qui tot discrimina illæsus euaseram, unius versuti coloni maliciosem audaciam euadere non potui. postquā enim milites ab eo perducti & persuasi, willam meam, refixis seris & vectibus, inuaserunt, & spe delusi, nihil auenæ aut alimentorum compererunt, prope fuit, ut fraudator ab ijsde multū ac merito & apu-

D ij pula

laret. siquidem quicquid auenire residua fuerat eimē
ad sementem mutuo expers fœnoris, concesseram.
Ille demum discedentibus militibus, latronis animo
et manu, extremum actum fabulæ adimpleuit.
nouémque arcas, quibus magni pretij supellecīle,
tam urbanam quam rusticam, inclusoram, reuulsis
multa vi seris, aperuit. ex his optima quæque subtra-
xit, non oblitus interim instrumenta, quæ ad quæren-
dos vel cogendos fructus spectant, aportare: idque
die dominico, postridie quam milites incepissent fo-
ribus ædificij vim facere. sed momento antequam
suam ipse prædam legeret, curauit me facere certiore
militaris aduentus, per bubulum fraudibus occultā-
dis minus idoneum, qui que cæsam, domini sui iussu,
vineam paulo ante retexerat. Hunc ego sedulo in
villam redire mandaui, ei que socium dedi explora-
tæ fidei virum, futurum villa meæ custodem. quia
eò mihi per occupationes ire non vacabat. nam ex
Academia nostræ decreto, die lunæ statim sequete,
qui fuit duodecimus calendarum Ianuariarum, tibi
aduenienti gratulari nos oportebat, o Vicerex, vel
potius reipublicæ, cui gubernandæ, salubriter præfe-
ctus es. ut pote qui belli tempore virtutem, in pacis
vero lenitate concordiam studiosissime retineas. nec
suspi-

suspicabar arcas meas à colono & illæ custodiæ pra-
posito, & satis opulento reserari. quis enim locupleti,
prima facie, fidei plus nō tribuerit quam egeno, qui
lucri causa quiduis sit facile admissurus? & ex quo
Theognis dixit, praestare seipsum in pontum vel ex
altis rupibus pracipitem dedere, quam in molestam
paupertatem incidere. quamobrem Theognis mihi
edilitia actione pulsandus venit, ut cuius suasu a-
nimal valde viciosum comparaui pro integro, dum
fugito inopiam. Peruenerat ad villam & terque
nuncius, eo die Soli sacro, non dū occidente Sole. quia
villa vix abest duabus ab urbe leucis. sic autē gal-
li (ut quidem reor) sua vocant stadia, quod albis
lapidibus signarentur. nam graco sermone, quem su-
pra gallus usuatu dixi, ^{vix} album significat. Sed iā
colonus ē villa aliorum discesserat cum uno ex fa-
mulis ceterorum facinorum conscio, praedam trans-
uecturus. quapropter neuter nūcius sine testibus meū
cænaculum ascendere voluit, nouam rerum faciem
& quasi stragem demiratus. ad quam ego & che-
mētius ostupui, cum primum rus veni, animo &
cunque consternatus propter tot aduersos casus, qui
eodem anno mihi cōtigerant, & meas fortunas pes-
simè extenuarant. lis forensis meas & coniugis latè

g 1.3, ff. de
testib.

D iiiij popu-

populata fortunas. deinde dira pestis, quam Philo
aeris mortem vocat. quæ eadem coniuge mense Iu-
nio incesserat, qua ægritudine durante nunquā nos
visit colonus, sed prædium & frugiferas arbores mi-
serè vastauit. supererat ut reliquias rerum mearum
quasi naufragij mei tabulas, arriperet. Quiquidem
simul ac me conuenit, dolorē vultu tragico simulās,
admonuit, me virum fortem tali damno frangi ac
debilitari non decere, quia in hoc seculo fluxa & in-
certa essent omnia, dolori & fortunæ exposita, nunc
maxime ob bellum religionis causa susceptū. itaque
sufficere, si modo corpus periculo eriperetur. cætera mi-
litum manubijs dimittenda, quos afferebat, nō pro-
pter numen aut Regem, sed propter lucrum nomen-
dare militia. risi utcunque inter tot anxietates è ru-
stico veteratore factum repente philosophum. didi-
ceram enim vulpem pilos mutare non animum. &
quia (ut Pacuvius prædixerat)

Ego odi homines ignava opera, & philosopha sente-
tia, qui virtutis emolumenta in lingue & verborum-
que artes conuertunt, vitijs intercutibus scatentes.
Ipse contrà sic sum locutus: noui, inquam, in hoc ro-
tundo & terete orbe terrarum neminem adeo qua-
dratum inueniri, qui huc atque illuc fatalibus casi-
bus

bus non agitetur. & scio quandam esse societatem ac cognitionem vita & doloris: sed tunc dolorem exacerbari, cum iij nobis insidiosè nocent, quos auxiliari decuerat. ^m cæterum veritatem temporis esse filiam, proinde omnia reuelatum iri. his auditis, ille sic attonitus obriguit, tanquam quispiam Gorgonis illi faciem ostendisset. verebar ego ne lapidesceret. quo circa eo trepidante cœnaculum meum ascendi (quoniam inferiorem ædificij partem prædo inhabitat) & ex libello raptim ac breuiter in urbe cōfecto, res meas omnemque supellec̄tilem recensui, simul cū honesto comite quem de vicinia meū adduxerā, paucillum quiddam reliquum inuenimus: nam potissima & exquisiciōsima defuere, exhaustis pene arculis & cubilibus. Ideo quam suscep̄ram opinione de prædone domestico, tum magis ac magis confirmavi. quoniam præter vestes & vascula escaria ac potoria, exstanto vel are cyprio, multa desiderata sunt agricolis utilia, quæ milites gregarij, nisi offeras, accipient, tame si vēdituri. tantum abest ut nobilioribus equitibus grata extiterint. è diuerso vestem unam atque alteram serico sursum versum bellissimè consutam, dimissam inuenimus. simili prope coniectura prudens Ulysses cœlatum diu in-

m 1. capi
talium §
omnia ff.
de pecen.

er Lycomedis Regis virgines Achillem deprehēdit, ppositis in aulae vestibulo ornamētis muliebrib⁹, cum hasta, clypeo, & gladio. nam Achilles, abiecto omni muliebri apparatu, arma se digna velociter accepit: ac denicta Troia veluti pons extitit, per quē Græci, traiecto mari, in patriam reuerterunt.

Sed videamus, ne non ego meipsum ludificer, & ne mihi nimium blandiar. quia cœco sui amore quis sè fallitur. Unde qui iurisdictioni præst sibi ius dicere nequit. quod enim cupid sibi persuadet, seq̄, facilimè circumscribit. quod genus deceptionis pestilens penitus est. cum enim intus impostorem habeat, qui se plus & quo diligit, iam perpetitur, quod ego propter wilicum, hostem familiarem & acerrimum. Quamobrem dictat iuris ciuilis ratio, ut non quod in rerum natura certum est. aduersus eum adferam, sed quod iudici probabile: ¹ maximè in tam insigni accapitali reatu, ubi ex suspicionibus quemquam condemnari. diuus Traianus non finit. ^m cum itaq; in villa ægrè obdormiuissem, sub diei crepusculo oratum misi Triumuiros placentinos seu Consules, ut ad me quamprimum venirent, quæsituri de vi illata & expilatione supellectilis. non multo post venit unus Consulum cum scriba & apparitore ac tribus in-

1. sedetsi
rest. §. fi.
ff. de iud.
m l. absen
tem ff. de
Pœn.

bus insuper testibus fidei probatoris, qui præstitere,
quæ ad syncerum indicis munus pertinent. adeo qui-
busdam agriculturæ deditis plus vitiorum ignora-
tio prodest, quam alijs cognitio virtutum & legū,
quarum obseruationem plerunque fastidiunt. Igitur
Consul corā me accomitibus arcas & vacas lustrat,
effracturam difficit, & describi singulatim iubet.
colonam accersit, & duos bubulcos, qui in villa opus
cotidie facerent. iureiurando prius exacto, sciscita-
tur, viderint ne quisnam hominum & vim eiusmodi
fecerit, prædam-ne coegerit, & cuius ope aut consi-
lio id factum coactum-ne esset. Tum colona iam
quadragesimum, plus minus, annum agens sine
cūctatione fassa est, neminem eo & venisse præter per-
paucos milites villa finitimæ hospites, qui apertis
violenter villa meæ foribus sursum ascenderant, in
reditu autem nihil aliud abstulerant, quam duos li-
bros exiguos. idē & terque bubulcus iuratus afferuit.
nec non die dominico ante Solis occasū nuncios meos.
Tolosa profectos illuc peruenisse, absente ac latitante
villico, sed neutrum, remotis arbitris in cœnaculum
& horrea ascendisse, territum inopinata effractura.
his auditis Consul & comites, rogati, ad villā mi-
litibus hospitalem perrexere, indagaturi num ad.

E ij eam

ea mea supellex inuicta fuisset. Villicus & præterea
alter agricultor, & domini dispensator præcipius
sacramento adacti, milites insontes declararunt, ac
duos tantum libros inauratos inuexisse de meo præ-
dio, ita expolitos & serios, ut illius villa dominus
(hic nec iniuria nec beneficio, ne de facie quidē, mibi
cognitus est) nullo non pretio redimendos ac permu-
tandos curauerit, ut eosdem mihi restitueret. Et
horum testium unus professus est, se in rem præsen-
tem venisse, cum valuis meis vim inferrent mi-
lites. sed vietus tantum inueniendi gratia, spe dece-
ptos, vinum ex utraque cella mea dumtaxat qua-
sistum misse rariſime. fuere autem ea duo volu-
mina, alterum Platonis, alterum Xenophōtis. quos
quidam equitum se curaturum ut propediem mihi
redderentur, nudiustertius proponit. militari plane
in villicum calumniatorem animo. nam ego, qui o-
tium sine literis, viuentis hominis sepulturam ab i-
neunte etate semper esse duxi: his autoribus & re-
liquis, quos tenuis bibliotheca cōtinebat, velut mutis
magistris ruri excolbar, dum alij rus ipsum colerēt.
mihi sane, inquit apud Stobæum Musonius, præ cæ-
teris agriculturæ opus per placet. quod plusculum o-
tij ingenio concedit, & meditari, atque inquirere ali-
quid

quid disciplinis incumbentem sinit. longe plura his
denunciauere testes denuo audit, decreto amplissimi
ordinis, ex quibus liquido constat nihil supellestis
ab equitibus subtractum aut distractum fuisse &
quam alibi, nedum in villa mea. ecquo pacto res
tam magni momenti obtutum hominum evasissent?
labra ærea, mappæ, lodices. & tñ fileam ænophora,
lances, paropsides, lucernas mearum lucubrationū
prædulces testes, & friuola. potissimum cum nec in-
gredi nec exire cuiquam domicilium meum liceat,
quin oculis multiplicis familie exponatur. Nā ego
& villicus eadem cotignatione ædificij continemur,
eadem ingredimur. nec desunt tres feroce canes, qui
aduenis inexorabiles villam perwigili latratu custo-
diunt. est medius fidius quod demiremur duo tenuia
& volumina oculos colonæ, liberorum, & totius fami-
lie non effugisse. nunquid equites ipsi loricati galeam
à Plutone commodato acceperant, quam lib. iliados
5. Minerua induit cōtra Martem pugnatura pro
Diomede, ne ab oculo cerneretur. ita & tñ galeæ fata-
li inclusa supellex videri non potuerit? solum Pla-
tonem cum Xenophonte fascinum non sensisse: & tñ
solus Ulysses Circes beneficia elusisse fertur flore cā-
dido ex nigra radice producto, quē ei Mercurius ostē

E iij derat

x can. e-
piscopi.
26.q.5.

derat pro amuleto. An magis est ut Lamiarū pre-
stigijs tot res simul euauerint? Sunt enim quædā
mulieres (ut beatus Augustinus scriptum reliquit)
que demonum artibus illusæ se intempestæ noctis
silentio cum Diana equitare credunt, & obstupen-
da quedam faciunt. nam & magicum carmen a-
grestibus in locis & vim suam maximè exerit, ut ma-
turis vindemij intempestiuos imbres suscitet, sege-
tes grandine ac ventis quatiat. quod Constantini
constitutio fieri prohibuit. lex quoque duodecim ta-
bularum, eum qui fruges excantasset, puniebat, teste
Plinio lib. 2. 8. cap. 2. quod si,

Cantus vicinis fruges traducit ab agris,

ut Tibullus ait, forsan susurris magicis supelle^x
mea quatumuis inanima, procul transuolauit igno-
rante colono. alioquin quem pretextum adhibeat
latrocino, non video. maximè cum ulpianus ipso
condemnare audeat licet nescium facinoris et clavis
mihi illatae. Exercitu, inquit, veniente migravit
conductor. deinde milites ex hospitio fenestras &
cetera substulerunt. si domino non denunciauit, &
migravit, ex locato tenebitur. Labeo etiam si resi-
stere potuit, et non restitut, teneri ait, quæ sententia
vera est. sed si denunciare non potuit, non puto eum

teneri

e l. item
queritur.
§. exerci-
tu, ff. loc.

teneri. at qui prædo iste neque migravit, neq; territus
est ab ullo milite, neque rerum suarum quicquam
amisit. nec, nisi in fraudem & sero, nunciauit. nepe
triduo postquam milites venissent, & postridie quā
fores cellæ vinariae reserassent. proinde alibi idē Vl-
pianus respondit, non videri nunciaisse eū, qui ob-
scure & perfunctoriè nunciauit: quique arctauerit
aduersarium, ut intra diem occurrere ad prohiben-
dum non posset. ^m Verū ego iam ostendi colonū nō
restitisse sed p̄fuisse rapinæ, tātisper factæ dum nū
cius iter in urbem faceret. ⁿ (ut sumam versutiæ
manum scelestus imponeret) redeunte celeriter nun-
cio, aliò cum præda iuiſe atque absiuiſe. An non ex
officio debuerat. tres ad summum placare milites, &
dictis humanis deleniuisse? domini absentiam cau-
sari? claves ab urbe petere? professionem meam nō
dissimulare? quæ, ut memini, palantes armatos &
estate superiore mitigauerat. ut senatus consultum o-
mittam, quod imperat seruo terrere aggressores do-
mini, clamare, turbas conuocare, nec inanem clamo-
rem sufficere, si manu depellere potuit periculum.
que omnia locum magis habent in colono partiario,
qui iure societatis domino deuincitur. ^a Societas ve-
ro bonam fidem summopere desiderat p̄cæteris iu-

m l. aut
qui aliter
§. j. ff. q
vi aut clā.

c l. j. §. pe.
ff. ad iylla.

a l. si mer-
ces. §. vis
maior. ff.
locat.

E iij ris no-

p. 13. C
pro socio
q. l. verum
ff. pro fo.

n. l. qnod
nerua ff.
deposit.
g. l. pen.
ff. ad leg.
iul. de vi
publ.
ll. 3. ff. de
vi arm.

ris nostri conuentionibus.^r & fraternæ necessitudinis
imaginem quādam refert.^q Expendamus nunc, si
libet, quot miliaribus à bona fide distet, domino frau-
des necēter, pacta negligere, traduces vinea cädere,
conuicium facere, agrum deserere, damna impēden-
tia sero nunciare, domini amicos abigere, interea la-
tronem agere, librorum prætextu vitæ ac famæ,
sed frustra, insidiari: modo incusare milites, modo
meram fateri innocētiā, vacillatē voce ac fide: dis-
cessum fugæ similem instruere, sua diligēter seruare,
aliena sibi commendata profundere. an nō hæc cul-
pa latior, & si sola esset, æquaret dolū?ⁿ nisi quis
versicolorem malorum ac deceptionum nubem ve-
rius appellare maluerit. nam & lex iulia de vi pu-
blica in eos animaduertit, qui armati telis villas e-
ffregerint, expilauerint.^s & capitaliter vlciscitur,
armorum appellatione fustes & lapides complectēs:
¹ ergo bidens, pastinum, vomer, ac culter futuros
in aruo sulcos præscribens, inter arma merito reponē-
tur: quibus nouem arca meæ vi magna reserata
fuerunt. neque enim, opinor, Picus Martius aus,
quæ in arborum cauis rostro suo effossis nidificat, huic
effractori herbam illam concepit, qua impactos à
pastoribus nido cuneos ac clavos, sine alia vi, solet
renellere

reuellere. o quam facile mortem mihi molietur is qui
translato per calumniam in milites crimen, in do-
minum innoxium grassari non est veritus, si hoc im-
pune tulerit apud iudices. Sapienter mihi quidem
Solon dixisse videtur percuntanti, qua ratione in
urbē nullum scelus perpetraretur. si inquit, tam
indignantur illi quibus non est facta iniuria, quam
quibus facta sit. quod si laxatis legum habenis vindi-
care sine iudice nobis liceret, ut leuioribus ex cau-
sis iura permittunt: ^h mille colonos non metuerem,
sed consilio ducem, manu militem pro virili præsta-
rem. Nos ad iudices, tanquam ad tutelares Deos,
confugimus. eosdem publicos vindices agnoscimus.
eorum æquanimitatem dulciter imploramus. corā
eis accusationem aduersæ partis voce roboramus,
fulcimus testimonijs locupletibus. tametsi quæ ruri
in solitudine extra hominum commercium peragū-
tur, pauciores testes expetant. nos signis, argumen-
tis, et coniecturis undiqueaque confluentibus, ad-
iuuamur. quæ veluti gemmulae, legentes interdum
fallunt, et segniter prætereuntur. sed apprimè eas
nouerunt perspicaces fisci regij procuratores, et patro-
ni solertiſſimi: præſertim auditoris mei: lo. P. Sego-
fieli bene docti facundus: sacer: ad cuius examen,

h l.j. & ij.
quād. lic.
vnic. fin.
iudic.

i.l.f. C.de
testamēt.

tanquam ad lapidem heracium, aurea reorum in-
nocentia exploratur: aut suberata prævaricatio de-
prehēditur. sāne coniecturam plurimi fecit Rex Sa-
lomon, specimen sapietiae diuinitus concessæ præbitu-
rus, cum de lite inter duas mulieres instituta pri-
mum iudicauit. ei enim, velut natura, & pietate
matri, addixit infantem superstitem quæ filio carere
maluit, quam secari eum pateretur. ^k quodquidem
genus cōtrouersiae si ex dilucidis probationibus des-
niuisset, modicæ industriae atque gloriæ præstitisset
rudimentum. quosdā reos postulatos fama crebrior
arguit. ^a alios fuga: ^p nonnullos sermonis trepidatio
è quæstione traxit in supplicium. plurimum enim
vox ipsa & cognitoris subtilis diligentia ad illumi-
nandam ^t) excutiendam veritatem contulit, si
al.3 .§.e-
iusdē. ff.
de testib.
pl.legeff.
ad syllan.
al.de mi-
nove. ff.
de quæst.
ol.vbi.C.
de falsi.

tanquam ad lapidem heracium, aurea reorum in-
nocentia exploratur: aut suberata prævaricatio de-
prehēditur. sāne coniecturam plurimi fecit Rex Sa-
lomon, specimen sapietiae diuinitus concessæ præbitu-
rus, cum de lite inter duas mulieres instituta pri-
mum iudicauit. ei enim, velut natura, & pietate
matri, addixit infantem superstitem quæ filio carere
maluit, quam secari eum pateretur. ^k quodquidem
genus cōtrouersiae si ex dilucidis probationibus des-
niuisset, modicæ industriae atque gloriæ præstitisset
rudimentum. quosdā reos postulatos fama crebrior
arguit. ^a alios fuga: ^p nonnullos sermonis trepidatio
è quæstione traxit in supplicium. plurimum enim
vox ipsa & cognitoris subtilis diligentia ad illumi-
nandam ^t) excutiendam veritatem contulit, si
Arcadio credimus: ^a nam rerum veritas in profū-
do demersa est, ^t) omnia circumfusa tenebris. ut
ex Democrito M. Tullius refert lib. 4. academi-
carum quæstionum. cum natura verissima quæque
abstrusserit: ^c eadem dolis delinquentium magis
obscurā latebram inueniant. hinc furtum à furuo
idest, à nigro etymon duxit, ut Labeoni placet.
quapropter iudicis est veritatis censim sequi vestigia,
nec accusatore tota probatione onerare: ^o nec abs re

Atheniensis

Atheniensēs Palladi Noētuā consecrāunt, quia sa-
pientiæ deam auis in tenebris videns admodum de-
ceat. quod osculta cognoscere, obscura illustrare, ab-
dita pandere, difficultia explanare, prudentis sit iu-
dicis, verum magna cura inuestigantis. propterea nō
pauca de ambiguis verbis dubijsq; rebus nostri iu-
ris consulti prodiderunt: cum aut delinquentis, aut
testantis, aut denique paciscētis mentem scrutantur.
Et sape verborum proprietatem voluntati perpe-
se simunt concedere: ^{n 1.} ne quis putet solam iuris ciui-
lis artem omnium excellentissimam, Et omnibus
numeris absolutam ^c in proclivi esse. cum reliqua
artes Et virtutes circa difficilima versentur, ut
scripsit Aristoteles, περὶ τοῦ χαλεπωτέρου, inquit, ἀε-
ρι τεχνηῖς ἀπείρη. sed profecto male se res habet, cum
ancipiūt in causa iudex in alterutrum litigatorum est
propensior, qui medius ex aequo Et bono esse debue-
rat. ^{3.} eius enim iuri derrahit, quem oderit. quoniam
Et icterico morbo laborantibus mel amarum appa-
ret, propter bilis copiam. utinam nō in re manifesta
non liquere sibi aliquando dicent. sed iam me ve-
luti ventus quidam extra susceptum institutum lō-
gicus proiecit: dum nonnullos iudices alloquor, qui
magnitudinem imperij sui nocēdi libidine metiun-

n 1. non
aliter . ff.
de legat.

3.
c prœm.
ff. §. &
quod iā.
l d. l. vbi.
C. de falso.

F ij tur.

cur. & plerisque, quibus facultates iniuria adimuntur,
ex desperatione adjiciunt audaciam. non enim alia
ratione veteres Hecubam in canem versam tradi-
dere, quam quod oblita se fuisse prudentem Asiae
Reginam, & memor se captiuam esse ac indigam,
effrancenit dolorem temperare ne quiuerit. Miserrum
isthuc verbum & peñsum est: habuisse, & ni-
hil habere: inquit Plautus. quae res facit, ut val-
de metuam, ne iuuensis à socrum mea hæres institutus,
extorto materna successionis commodo, facile (quod
abominor) in deteriora prolabatur. ut qui indul-
gentissime educatus fuerat in luculenta patris Prae-
sidis domo, sorte iudicij sequente, res nouas moliatur.
ac nimium recordatus natales suos, & pristinas di-
uitias, summa cum periculo, quam humilia cum cō-
silio sequi malit. nam ærumna subita nobilium ad
se iacturam crebro illicit, ut Cæcias ventus nubes.
præcipue apud eos, qui literis non multam nauue-
runt operam, quæ cuius eruditio in rebus aduersis
perfugium, in prosperis vero ornatum præbet. quor-
um haec ego, qui bonos mihi fore iudices non penitus
despondeo: adhuc clariores testes in villicum pro-
ducturus, si milites ipsi exaudirentur, quos nuper
conueni. & statim post villa effracturam liber-
rimè

rimè conuenissem vndeclimo Calend. Ian. sed reuo-
carunt me pertinaciter urbana negotia, nec abno-
etare permisere, eo die quo Antonij à Paulo secun-
di in Senatu Praesidis filius, nostri collegij solito ex a-
mine & munificentia, doctoris insignibus donandus
veniebat, pomeridiano exercitio, vergente iam So-
le. nam vt Aquila pullos suos recta acie Solis lucē
intueri adigit, explorans ea ratione quam non sint
degeneres, nisi conniveant: ita Praeses, olim iuris pu-
blicus professor nitentibus nobilissimæ scholæ radijs
filium obtulit suum, in cœtu virorum eruditorum
atque illustrium (cui tu, o Vice-rex, libenter &
magnifice præfuiſti) periclitans an se patre dignum
præberet iuuenis. quem non ausim, pro meo voto,
tibi satis approbare. tum quia tritas habes aures bo-
nis rebus diuidicandis, tum quia aliquos ego in va-
sto iuris ciuilis mari natare docui, qui securitate litto-
ris nacti me funditus submergere tentarunt peruer-
sis iudiciis. proinde ego (vt Plato dum Heliconem
quendam Dionisio Regi, vt bonum & modestum,
epistola commendaret) scribo hæc tibi de homine, a-
nimante scilicet natura, mutabili. περὶ ζώου, inquit,
Φυσι τετραβολον. Illius igitur canditati solemnibus
priuata compendia longè postposui. eo gratius

F iij quod

xl.2. §. q
omnia C.
de veter.
iur.

quod patre quondam legū enarratore genitus esset.
quando & Iustinianus fatetur, se admirabili pan-
dectarum cōpositioni Anatolium lubentius admi-
siſe, legum in urbe Beryto Syriae interpretē, quod
à legitima stirpe patris Leontij & aui Eudoxij in-
risprudentum aequē interpretum descendēret. ^x ve-
hementer enim optimus Imperator ab ijs discrepa-
bat, qui cum alee & voluptati satis indulserint, se
matri vel coniugi doctiores, aut vulgo (cuius cap-
tant studia) iustiores visum iri confidunt, si quempia
conspicua doctrinæ & dignitatis virum, inaudita
pene causa, condemnauerint, tanquam strenue da-
mitum & profligatum, in triumphum ducant. le-
ge diuina atque humana prohibente. quarum altera
non miserendum tenuioris in iudicio monet: ^d altera

d Exod.
cap.23.
ii.6.C.de
ijs que vi
met.
11. si quis
id. ff. de
iurisdic.
g l. venia.
C. de in
ius vocā.
ff.1. ff. de
furf.

claram cuiusque dignitatem ad inuidiam trahi non
sinit. ^e scio ipse equidem rusticati plurimum tribui
iure nostro, si talis sit qualem esse eam expedit, gna-
ua & simplex. quo circa multum illi remittitur de
subtilitate iuris ciuilis, si forte per imperitiam, dolis
expers, labatur. ^f sed quum violat ius naturale,
quum honoratori obstrebit, quum fiducia impuni-
tatis peccat, nullo modo ei ignoscitur. ^g ius vero na-
ture furto offendit compertissimum est. ^f multo ma-

beup

gis au-

gis autem rapinis, & fraudibus in dominum coniu-
ratis, aut calumnia in exterios. quæ amicitiam opti-
mam possessionum furatur. & ideo naturam lædit
crudelissimè, cuius ea lex est: ne quis quod sibi nolit,
alteri fecerit, euangelio comprobata.^a cæterum si co-
lonis per omnia, sine delectu, fauendum sit, mihi v-
tique per iudices optimè consuletur. nam tñà cum
sodalibus meis laboriosis & peritis, iam annos sex-
decim jurisprudentiae fundum tenui mercede, arau,
occaui, colui: cādidis bobus, eburnea stiua, aureo v-
mere. ita adieci nonnihil fertilitatis huic fundo, am-
bitu stadiorum quinquaginta lato, præter oleas, vi-
neta, & sylvas æternū virentes, in quibusnym-
phæ, & agrestia numina, hilari lasciuia creberrime
oberrant, clementi cœlo. quinetiam nouales quasdā
primum ipse proscidi: mox atque digitum ex limpi-
do musarum fonte in eas duxi. tādem irriguas læ-
tis circū dedi violarijs. quis igitur erit usque adeo
impius, vt ex legū semente, & iugi labore me fru-
etum iniustitiæ patiatur demetere? Vigiliarū mea-
rum & morum non est ignarus Nic. Latomū, ca-
pitalium iudiciorum sublimis Præses. nec quidēs lo.
Tornoerus, & Guil. Boyerus ciuilium Præside or-
natissimi. quorum illū ab adolescentia mea reuerēter

a can. 1. di
stinct 1.

& honorificè habui: quoniam nec iusta poscenti us-
quam mihi defuit. huic autem si paritum esset, pro-
fectò falsa instrumenta & veras successiones non pre-
cellerent. hi omnes quid aliud sunt, quam Acadé-
miae nostræ fætus & pignora dulcissima? Necnon
Simon Rainierius parui sibi natalis oppidi magnum
certè ornamentum, cuius relationi prospera sorte ne-
gotium meum nuper obuenit: hic vir integerrimus
probè dixerit, quot indicijs atque præiudicijs prædo
noster prematur. Quibusquidem ille eti nonnulli fu-
res, cum iam festiuè multarunt. non utique ex nu-
meris militum conspirantes (quemadmodum heri
mihi pro certo nunciatum est) sed ex fæce & retrí-
mento plebis. qui occasionem iustæ vindictæ ac glo-
riam partim foro præripiere, dum præbuere initii.
postquam enim fama vulgauit villicum meum
abundè locupletatum immanni illa compilatione, in-
sidiari occæpere: ne scilicet Rutam se substulisse crede-
ret: quā furtiuā felicius prouenire vetus supersticio
putabat, sicut apes furtivas pessime. ne ve ei cōtin-
geret quod C N. Flavio Appij Cæci scribæ, qui ob
surreptum domini librum, quo dies fasti, & foren-
ses formulæ (quas legis actiones antiquitas appella-
bat, ut auditores meos quandoque admonui)

q Pli nius
lib. 19. c. 7.

* conti-

^a continerentur, præmium accepit adilitiam dignitatem: imo & senatoriam, licet libertini filius. populo enim non sibi surripuerat, cui fastos publicauit, non sine magna nobiliū indignatione, ut T. Liuius scripsit. proinde fures domum villici mei, per noctem, adorti, arcam etiam ingentem refregere: inde præda portionem abstulere, & si quid præterea obuium tenebra obtulerunt: ut furto diurno parta, nocturno aequè eriperentur. adeo malos ab improbis, scelestos à nefarijs puniri diuina censura nonnūquam permittit. prodigioso sanè euentu, & nullis inferiore miraculis: cum nequissimi homines honorum indicū partibus fungantur. Ita C. Marium ex obscurō loco ad septimum usque Consulatum, euectum, & in optimates Rom. temere sauentem, donec deessent qui ē senatu tanquam ē carcere educti, trucidarentur, L. Sylla non melior sed recentior Reipub. hostis ad extrema compulsum fregit: & erutos eius cineres in profluentem sparsit, ipse postea viciissim tristiore facto periturus sic fures Talionem exercuere contra scelerosum villicum, exēplo tamen publico magis quā mihi profuturam. quasi mala publica non nisi publici iuris interpretum dāno conueniat expiari. quos iustitiae cultores ac sacerdotes Vlpianus audacter

a l. 2. 6.
deinde
ex his. cū
seq. ff. de
orig. iur.

G nomina-

<sup>k l.i. ff. de
iustit. &
iur. id ex
ob. fil. pet.
ini. pto</sup> nominauit. ^k hos qui fugillant ~~et~~) despiciunt (ut
eo sermo noster redeat , unde deflexerat) similes
sunt ijs, qui venenum indunt , non in singulorum
pocula, sed in fonte, ex quo omnes omnino hauriunt.
facile enim leges sanctissimæ neglectui habebuntur,
si contemni cœperint ij, qui eas docent publicitus. ^E
annos atque fortunas omnes in earum studio con-
triuerunt. potissimum in hac celeberrima totius Eu-
ropæ officina: in qua duo milia iudicium singulis lu-
stris fabricatur. Tu etiam, o Vice-rex, non dedigna-
ris ad nostram (vel verius tuam) Tolos. Academias
fortunæ tuæ (quam ego virtutē dico) reuocare
primordia. ibi summus ac cœlestis opifex te gemmū
iuris consultum miro artificio formauit, ^{et} elaboratè
perpoliuit, futurum aliquando aliorum assertorem
ac patronum, ^E pro meritis augusto ac selecto Re-
gis Gallorum consilio (quod priuatum vocant) fe-
liciter conscribendum. non dubito tamen, quin inter
tot arduas ^E planè regias occupationes , querimo-
niam hanc meam benignè (ut ommia soles) exau-
dias, ^E iā mansuetioribus iudicib⁹ ostēdas. quo no-
mine immortales gratias expectato: si in paucos mē
ses hanc animā mihi aduersarij concesserint. ceden-
tibus enim impunè flagitijs, precario cogor dulce Solis
lumen aspicere.



HENRICI II.

GALLORVM REGIS

EPITAPHIVM.

Marte ferox, & pace pius Rex gallus obiuit.

Miraris vitam, plus tamen ipse necem.

Germanæ ac natæ decorans certamine tadas

Lethiferum vulnus, sed nec ab hoste, tulit.

An suit hæc Stygiæ fatalis filia flux,

Quæ rapuit terram, dum dedit hasta polim?

Lilia submittunt fortunæ dulciter alas,

Hunc solem ex mundo dum cecidisse vident;

Rara fides nimium rebus seruata secundis.

Quem Mars non potuit, Martis imago rapit.

FRANCISCI II.

GALLORVM REGIS

EPITAPHIVM.

Parca vigil ninoe de vellere neuerat annos

Si sex addideris post duo lustra, meos.

Liligerò caput vixdum me ostendere regno,

Cum mihi sceptra rapit, me super astra Deus.

Sic quis odorato Phœnicem auellere nido

Audeat implumem, dum rediuius obit.

Sed nihil esse diu felix mortalibus, heros

Magnanimus potuit sat docuisse pater.

Quin mors &qua premi ditionis pondere Regem

Vel doluit iuuenem, vel putat esse senem.

G ij

HENRICI II.

CAPITOLIUM REGIS

EDITATRINUM

E R R A T A.

- In A.j.in epigrammate linea 4. lege,ceu terrestri.
A iij. excitaæ,excitataæ. A iiij. lege σεμιόθεος
B ij. immunera, innumera. B iiij. propriis, proprijs
C j.supplicios, supplicio. C iiij. indicū, indicum.
F. ij linea 4. lege iudicis.
F iiij. mox atque, mox aquæ.

CAPITOLIUM REGIS

EDITATRINUM

